publicam violasti pœnasq[ue] eo nomine sancitas succubuistis pro qui bus super vobis decernendis una cum restitutione præfati equi Citami ni iudicialis itaq[ue] sibi Terminum attentatum et responsum Datum in Curia Regia Branscen feria secunda ante festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo quin quagesimo primo. Cuius quidem Citationis præ insertæ Copiam sigilla tam Ministerialis Regni Generalis Providus Laurentius Zimicki ab una integra ante Terminum præsentem septimana in bonis Conkie Citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor Citato supra nominato ad officium præsens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Pouszinsky iuridice iuxtaq[ue] formam iuris clamato et non comparente in lucro restitutionis equi surrepto ex Regestri ordine ad admissione officii præsentis videri condemnavit. In vim autem eiusmodi condemnationis lucri prælati modo præ misso in contumaciam obtenti Officium præsens Castrense Capitaneale Bran scen visa et considerata citati clamati et non comparentis con tumacia et temeritate iuri communi et partis actoris affectationi ac contenti citationis inhærendo super prædicto citato et bo nis eorum omnibus lucrum restitutionis equi cum repensione damnorum sub pœna banitionis quæ ex nunc decernitur decer nit decreti præsentis vigore.

Bankowskich 100 Marc Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Chocon Lesnowolski Branscen etc. Capitaneus Rigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Tibi Nobili Paulo Kiwinski olim Nobilis Joannis Zeraphinik Kiwinsky de Banki Heredi de personis bonisq[ue] tuis omnibus mandamus ut in iudiciis rigore Constitutionis anni 1627 laudi terræ istius Bielscen in Curia Regia Branscen feria secunda post datam præsentis Citationis prius et proximius in Curia Regia Branscen celebrandis præsto et peremptorie compareas Ad instantiam Nobilium Nicolai Spak Bankowski olim Nobilis Adami Spak Bankowsky Petri olim Jak Bankowsky Pauli olim Joannis Pauli olim Stan Jarmocz Bankowsky de Banki hæredum Actorum qui et in dim Termini tacti peremptorie citant ideo quia tu non metuendo pœnas legibus et constitutionibus Regni de expeditione bellica sancitis sumptus et impensas ac stipendia ad manus Actorum qui cavendo rigorem iuris suo sumptu et impensis cum aliis hæredibus bonorum Banki pro suo et tuo interesse contra licentiosos Kosakos ac multas Caterivas Scytha rum expediverunt de bonis tuis in eadem hæreditate Banki sitis per te possessis videlicet de uno integro Manso dare et solvere non vis neq[ue] curas

per quod poenas eo nomine sancitas incurristi ad quas super te et
bonis tuis omnibus decernend et per ministerialem publicand praesentibus
citaris judicialiter ad terminum attentationis et responsionis Datum in
Curia Regia Bransceń feria secunda ante festum Sanctorum Petri
et Pauli Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcen
tesimo Quinquagesimo primo. Cujus quidem Citationis praesentis Copiam
sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus Kale
wayko Citationis huius ab una integra ante Terminum praesentem septi
mana in bonis Banki Citati propriis posuisse et publicasse recognovit.
Memorata Pars Actorea citatam supra nominatam partem ad Officium
praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum
Proszenski iuridice clamatam et non comparentem in lucro poenae Centum
marcarum Polon pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii praesen
tis iudicii condemnavit. In vim autem eiusmodi condemnationis lucri praedi
cti modo praemisso contra Contumaciam citati obtenti Officium praesens vero
et considerata Citati clamati et non comparentis contumacia et tementate
uni cum inani et partis Actoreae affectatione ac contentis Citationis inhaeren
do super praedicto Citato bonisque eius omnibus poenam Centum marcarum
grossorum Polon sub poena banitionis praesentibus interposita decernit
Decreti praesentis vigore.

Zochowski Poenae Centum Marcarum Polon **Lucrum.**

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransceń tenoris eiusmodi
Franciscus Joannes in Klocan Lesnowolski Bransceń Capitaneus Vobis
Nobilibus Valentino et Panthaleoni filiis olim Nobilis Matheii Kledo
de personis bonisque vestris omnibus vigore Regio et nostra Capitaneali authe
mandamus ut in iudicio vigore Constitutionis Anni 1627 de expeditione bellica
sancitae feria secunda post datam praesentis citationis primo et proximius in Curia Regia
Bransceń celebrand pro et peremptorie compareatis Ad instantiam instigatoris Iudicii
nostri et ipsius delatoris Nobilis Gregorii olim Joannis Zochowski de Zochi tituli
Actoris qui vos inhaerendo Constitutioni praefatae de expeditione Generali bellica sancitae
in vim termini tacti peremptorie citat. Ideo quia vos existentes possessores et tenutarii
aut quovismodo haeredes bonorum Zochi seu possessionum certarum per vos possessarum
ex eisdem nullas Contributiones publicas et privatas tum et impensas et stipen
dia pro moderna expeditione bellica quas ipse actor pro vobis tam paratis
pecuniis quam victualibus persolvit solvere aut compensare non vultis neque
curatis quo facto poenas eo nomine sancitas demeruistis ad quas super vobis
et bonis vestris omnibus decernendas una cum restitutione praefatarum impensarum
quas sibi contra vos ad Centum marcas taxat. Citamini itaque sitis iudicialiter respon
suri Datum in Curia Regia Bransceń feria secunda post festum Visitationis